Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uirtuti tribuisse quod fecerat. adiunxit. Non autem ego. s; gratia
di mecum. Interdu nobis peccantibus suam deus gratiam non retrahit.
ita. ut inspem diuine propitiationis mens humana consurgat. Ab
illo enim omnia nobis bona. gratia preueniente donantur. Profec
tus hominis. donum est di. Nec a se potest quisquam s; a domino cor
rigi. testante propheta qui ait. Scio domine. quia non est hominis
uia eius. nec uiri est. ut ambulet. & dirigat gressus suos. Spiritalis
gratia non omnibus distribuitur: sed tantummodo electis donatur:
Munera gratiarum. alii ista. alii uero donantur illa. Nec datur
habere ita uni. ut non egeat altero. Posse fieri non est dubium. ut
hi quos quidam uirtutum excellentia antecedunt. dei repentina
preueniente gratia. quosdam compendio sanctitatis preueniant:
ut dum sint conuersatione postremi. subito efficiantur uirtu
tis culmine primi. Dumq; donum aliquod accipit. non ap
petat amplius quam qd meruit. ne dum alterius membri officium ar
ripere temptat. id quod meruit perdat. Conturbat enim corporis ordi
nem totum. qui non suo contentus offitio surripit alienum. Frat interro
gauit quendam senem dicens. Si fuero in loco aliquo. & nata fuerit in
tribulatio & non habuero cui me cōmittam. & indicem illi passionem
anime mee. quid facio? Dixit illi senex. Credo in deum. quia ipse mittet
grām suam & satisfaciet tibi. si in ueritate rogaueris eum. Et addidit
dicens. audiui enim. quia insciti aliquid tale factum est. Erat ibi quida
qui sustinebat temptationes. & non habens fiduciam in aliquo cui confite
retur: parauit sero peram suam ut discederet. & ecce nocte apparuit
ei gratia dei in specie uirginis. & rogabat eum dicens. Nusquā uadas s;
sede hic mecum. nichil enim mali fiet tibi. ex his que audisti. Qui cre
dens eius uerbis sedit. & statim sanatum est cor E I V S.

DE BONIS SVBIECTIS. XLVI.

AMMONENDI SVNT SVBDITI NE PREPOSI
torum suorum uitam temere si quid fortasse eos agere repre
hensibilit' uident reprehendant. ne unde recte mala redargu
unt. inde per elationis impulsum in profundiora mergantur: Ammo
nendi sunt subditi. ne cum culpas prepositorum considerant. contra
eos audatiores fiant. sed sic que ualde sunt eorum praua apud semetip
sos diiudicent. ut tamen diuino timore constricti ferre sub eis iugū
reuerentie non recusent. Ammonendi sunt beniuoli subditi ut sic